

Fragment of text from the adjacent page, showing several lines of handwritten script in a historical cursive hand. The visible characters include 'M', 'V', 'M', 'M', 'A', 'A', 'M', 'A', 'X', 'X', 'I', 'I'.



~~38~~ <sup>XXVII.</sup>  
Epitaphia

39

**ILLVSTRISSIMO  
ET PIENTISSIMO PRIN-  
CIPi AC DOMINO, DOMINO  
BERNHARDO PRINCIPI ANHALTINO,  
Comiti Ascaniæ, Domino Seruestæ  
ac Bernburgi**

**QVI ADVERSVS CHRISTI-  
ANI NOMINIS HOSTEM STRENE**

*officio defunctus, in patriam dum tendit,  
in Cœlum feliciter rece-  
ptus est;*

Scripta

à

Johanne Maiore, ex valle Joa-  
chimica; D.

Anno

M. D. XCVI.

38.



# EPITAPHION.



Vi genus Ascaniæ laudat  
to à sanguine duxit,  
Hic sita BERNHARDI  
Principis ossa jacent,  
Non tamen hic virtus iacet  
acri cognita bello,  
Pro grege susceptum est quod pie Chris-  
te tuo,  
Ter mutavit equos, & inertis evasit ab  
icū,  
Ut capta strages hostibus arce de-  
dit,  
Martis opus dum claudit hyems : en, clau-  
sit eunti  
Mors patriam; ad cœlum nec via clau-  
sa fuit,  
Mars iuveni fauit : sed mors invidit ; at  
ille  
Solamen mortis forte, piūque de-  
dit ;  
Mortis præproperæ ; sed qua proluxior  
ipſi  
Non poterat maius vita tulisse de-  
cus,

Verùm , præsidii spem Teutona perdidit  
Ora,  
Si tales animos mors rapit antè die  
em ;  
Si rapuit , qui tam præsentia signa reli-  
quit  
Virtutum & Fidei pro grege Chrifte  
tuo,  
Ut cui dux vitæ pietas erat , huic comes  
adfit  
Gloria post vitam , famaue digna  
DEO.

Aliud

Aliud

## EPITAPHION.



hic cubat extinctus viridi BERN-  
HARDVS in æuo,  
Flos procerum Ascaniæ, Teu-  
toniæq; decus.

Qui pro parte sua bene gestis rebus in hostem  
Præbuit exemplum roboris acre sui:  
Quando tribus, quos pressit, equis ab aci-  
nace cæsis

Ictus glande latus non penetrante fuit,  
Iamque referre domum gressusque, decus,  
que parabat,

Dum pendet bellum, pigraque currit  
hyems:

En, latus vrenti morbo correptus obiuit,  
Deq; ipso rediit quod brevis urna tegit.  
Virtutis frugem Mors flore repressit in ipso,  
Hostibus & fecit spem, patriæq; metum.  
Nam cecidit specimen procerum, qui Mar-  
te tueri

Teutoniæ possent limen ab hoste fero,  
Nunc dolet, & friget virtus; imbelliaq; ardent  
Bella libidinibus, perpetuoq; mero.

Teutoniam

Teutoniã inuadit omni de parte latrones,  
 Surgente à Phæbo Turca: cadente, Papa,  
 Illa, sui secura, mero somnoque sepulta est;  
 Quæris, vbi nunc sit gloria prisca? fuit,  
 O miseram speciẽ, quam si mutare laboret,  
 Non posset, summis viribus vsã, Salus,  
 Ille quidem ad Christum, pro quo tulit ar-  
 ma, receptus  
 Fronde triumphali tempora vinctus, ouat:  
 Nos, qui Marte sequi non possumus acta :  
 sequamur  
 Laudibus hunc; imò, qua tenet astra,  
 Fidem.

## IALEMOS.



**V**T patriæ BERNHARDE tuæ red-  
 daris; id omnis  
 Optabat votis fæmina, virq; suis,  
 Visus erat votis Deus his fauisse;  
 quòd hoste  
 Cessante à bello patria rura petis,  
 Redditus & patriæ es; sed quam tu funere  
 linquis,  
 Vt reditu doleat fæmina, virque tuo,  
 SED



SED ferri poterat priuata ruina; nisi ipsi  
Publica Christicolū iuncta ruina foret.  
Vnde viros viresq; ad belli sumimus artem?  
Teutonia exhausta est viribus, arte, viris.  
Sed quia debilitant virtutē & vota querelæ:  
Virtutem votis iungere, robur erit;  
Vt quibus est armis partum, seruetur eisdem  
Imperium: officio scilicet, atque fide.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

1111



Be 231

8

Di.

ULB Halle 3  
002 690 756




56.

VD77







<sup>38</sup> XXXVII.  
Epitaphia

39

ILLVSTRISSIMO  
ET PIENTISSIMO PRIN-  
CIPi AC DOMINO, DOMINO  
BERNHARDO PRINCIPI ANHALTINO,  
Comiti Ascaniæ, Domino Seruestæ  
ac Bernburgi

QVI ADVERSVS CHRISTI-  
ANI NOMINIS HOSTEM STRENVE  
*officio defunctus, in patriam dum tendit,  
in Cœlum feliciter rece-  
ptus est;*

*Altes*

Scripta

à

Johanne Maiore, ex valle Joa-  
chimica; D.

Anno

M. D. XCVI.

38.

